

Dal *Placito del Risano* sappiamo che nel secolo VIII l'Istria pagava un tributo complessivo di 344 solidi mancosi, di cui 66 (pari circa a franchi 5940) a carico di Parenzo, che in questo riguardo era pareggiata a Pola. È probabile che

---

atque Ioanne magistro militum *Advocato ecclesie sancte marie et sancti mauri et aliorum quamplurium.* Volumus precipimus statuimus ut (*populus parentinus maiores et minores insimul etiam et*) parentini pro eo quod super terram nostre ecclesie resident aut *mansiones habent vel terras laboratoreas excolunt tam de vineis quam de agris quartas persolvant* sicut antea antiqui predecessorum suorum fecerunt sic faciant ipsi et nullus Episcopus successorum nostrorum aliam superpositam eis imponat Sed omnis parentinus (*tam Clerus quam populus*) et heredes eorum in hunc modum quiete secure libere habeat et possideat sine contradictione hominum (*Et etiam supradictus clerus et populus parentinus predictas terras mansiones vineas et eorum heredes habeant potestatem vendendi donandi comutandi alienandi seu pro anima iudicandi vel quicquid eis placuerit faciendi ad censum predictum reddendum ecclesie sancte Marie et sancti Mauri*) Et insuper tam per nos quam per successores nostros statuimus ordinamus ut (*parentini canonici precipe*) in cathedrali ecclesia Deo et sancte marie, et saneto mauro martiri servientes decimam omnium habitantium in parentina Civitate sine aliqua conditione habeant tam de omnibus frugibus terre quam de animalibus et quiete ac pacifice possident (*Volumus etiam ut ipsi Canonici habeant terciam partem de salinis quas habemus in insula que vocatur Brivona, et habeant terciam partem de pisecatione que provenit ad ecclesiam sancti mauri de ripa lemi. Insuper habeant terciam partem de molendinis que habemus in aquis que vocantur Gradule. Iterato volumus et disponimus quod clericus parentinus tam maiores quam minores habeant XII convivia annuatim cum episcopo parentino primum in festivitate omnium sanctorum. Secundum in solennitate sancti Mauri tertium in nativitate domini. Quartum In epiphania Quintum in Carnis levamine Sextum in dominica de palma Septimum in Cena domini. Octavum in resurrectione domini nonum in ascensione domini Decimum in pentecosten. Undecimum in festivitate sancti Petri apostoli. Duodecimum in assumptione sancte Marie virginis*). Volumus etiam quod nullus episcopus ex successoribus nostris vel aliquis tirannus presumat gravare vel molestare aliquem clericum parentinum ex confratribus nostris videlicet de ipsis qui in ecclesia sancte marie virginis et sancti mauri martiris serviunt. Nec ipsi clerici parentini (*quartas vel*) decimas alicui persone aliquo intempore dare teneantur. Nos quidem supranominatus Eufrasius episcopus si in vita nostra vel post obitum nostrum successores nostri aut aliqua submissa persona hominum per aliquod ius vel ingenium aut temporis spacium contra hanc constitutionis nostre paginam ire corrumpere aut infringere temptare voluerit maledictionem dej